Visitatio 1583 · 1583

1583 sinistra illius divitie et
gloria. Vie eius vie pul-
chre. et omnes semite
illius pacifice. Lignum
vite est his qui apprehen-
derit eam. et qui tenuerit
eam beatus. Dominus sapientia fun-
davit terram. stabilivit
celos prudentia. Sapi-
entia illius eruperunt a-
byssi. et nubes rore con-
crescunt. *Lectio libri sapientie.*
Beatus vir qui in sapientia
morabitur. et qui in iu-
stitia meditabitur. et in
sensu cogitabit circum-
spectionem dei. Ciba-
vit illum pane vite et in-
tellectus. et aqua sapi-
entie salutaris potabit
illum. Et firmabitur in il-
lo et non flectetur. et contine-
bit illum. et non confundetur.
et exaltabit illum apud
proximos suos. Et no-
mine eterno hereditabit
illum. Dominus deus noster. *Lectio libri*
[I]ustum [illegible] *sapientie.*
[illegible]
[illegible] et ostendit illi re-

gnum dei [illegible] illi sci-
entiam sanctorum. honestavit
illum in laboribus. et comple-
vit labores illius. In frau-
de circumvenientium
illum affuit. et honestum
fecit illum. Custodivit eum
ab inimicis. et a seduc-
toribus tutavit illum. Et
certamen forte dedit il-
li ut vinceret. et sci-
ret quoniam omnium potentior
est sapientia. Hec venditum
iustum non dereliquit. sed
a peccatoribus liberavit
eum. Descenditque cum
illo in foveam. et in vincu-
lis non dereliquit eum. do-
nec afferret illi scep-
trum regni. et potentiam
adversus eos qui eum dep-
rimebant. Et mendaces
ostendit qui maculave-
runt illum. Et dedit illi
claritatem eternam. Domine
[illegible] *Ad corinthios.*
Fratres. Benedictus deus et
pater domini nostri ihesu christi
pater misericordiarum.
et deus totius consolationis.